Vergilius Maro, Publius; Brant, Sebastian [Editor]: Publij Virgilij Maronis Opera: [cum quinque vulgatis commentariis ex politissimisque figuris ...]
Straßburg, 1502 Seite 403r



esse significet: nam quem Turnus interemit: fortitudo sua liberare non potuit: ei vero quem occidit Aeneas: ne sua quidē numina prodesse potuerūt. Sane sciendū Cupentum lingua Sabinorum sacerdotem vocari.
v Late terram. S. Aliud ex alio ostenditur: nam per hoc corporis exprimit magnitudo: vt: stabāt tercentum nitidi in presepibus altis.
x Euersor achilles. SER.

Aenea veniente sui: dedit obuia ferro
Pectora: nec misero clipei mora profuit erei.
Te quoq; laurentes viderunt eole campi
Oppetere: & late terram cōsternere tergo.
Occidis: argiue quem non potuere phalanges
Sternere: nec priami regnorū euersor achilles:
Hic tibi mortis erant metæ: domus alta sub ida
Lyrnessi domus alta: solo laurente sepulchrū.

Separat achillē a grecis: vt: reliquias Danaum atq; imitis Achilli.
y Mortis erant metę. S: id est mors: quę meta erat & finis. nam metā finē vite dicim⁹: nō mortis. Sciēdum tamen hoc de Homero esse translatum qui ait. τελο σθανατοιο· hoc est finis mortis: nam in ipso morte finis est.
z Lyrnessi domus alta. SER. Lyrnessos ciuitas est phrygię: vñ fuit Briseis: & per transitum docet








UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/vergil1502/0818
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.